



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

I. S. VWillibaldus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

DE episcopis Eystetten-
sibus
Liber primus.

Episopi nonnulli, qui post S. Willibaldum
Ecclesiam Eystettensem aliquot seculis
gubernarunt, obscura nocte premuntur,
vt præter nomina vix quidquam, in publi-
cis & priuatis monumentis supersit: Meretur tamen
gratias non exiguas Gundackerus XVIII. Eystetten-
sis Episcopus, vir rerum gestarum magnitudine, & vi-
tæ sanctimoniam cōspicius, qui antecessorum suorum
memoriam, quantum licuit, reparare & conseruare
studuit, opere partim imaginario, partim scriptorio.
Imaginarium voco, quia patronos Ecclesiæ & singu-
los antecessores suos depingendos curauit, pictura,
prout æuam illud ferebat rudi, multum q̄; ab elegan-
tia huius ætatis abeunte, addito cuiuslibet effigiei versu-
culo, & annotato die electionis & mortis, nulla fermè

Gg rerum

rerum gestarum mentione facta. Exstat hic Gundackari liber & labor Eystadij in codice manuscripto, quem Pontificale nominant. Quæ ultra hæc tempora sunt, à continuatoribus Gundackari sunt; quilibet enim ex successoribus operam dedit, ut Antecessoris sui imago cum brevicula vitæ historia in librum illum referretur, seriesque Præsulum perpetuo tenore usque ad nostra ferme tempora deducta est; unde etiam ea, quæ ad propositum nostrum facere videbuntur, depromemus.

Vidit Gundackari Lucubratiunculam Anonymus quidam Hasenrietenensis, quem calamo exaratum penes me habeo; qui Gundackari familiaris fuit, vitamque suam ultra vitam illius produxit; deque Episcopis quibusdam nonnulla licetis mandavit, quæ alibi vix inuenias. Post S. Willibaldi felicem ad superos transitum, secundus Episcopus Eystetenensis creatur.

II. Gerochus.

Geroch inde pius pascebat ovile secundus. Episcopatum adeptus est eo anno, quo S. Willibaldus ad meliorem vitam migravit, nempe DCC. XXCI. vel sequenti, ut habet Bruschanus Catalogus. sedit XX. annis. de quo isthæc Anonymus: S. Willibaldo Geroch filiolus in baptismo, successit, vir clarus natalibus, multarum possessionum, quas patri charissimo & patrono sanctissimo contradidit. Hic calicem illum aureum, quem nosti, cuius magnitudinis sit, ex optimo auro fieri iussit, & veterem illam Evangeliorum capsam ex electro & auro purissimo gemmisque pretiosis parari fecit: altare quoque aureum liberaliter inchoavit, quod postea successorum devotio, pro ut hodie est, perpoliuit.

Scribit

Numi ad episcopos eysteten-
ses ubi amari.
1. S. Willibaldus.
In quo plura in dicitur
satis multa de illo Philippon
in suo Commentario, et
nos in Observationibus.